



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 6. Fæcunditas terræ laboribus prouocanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

ta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos. Postea dixit: *Veneficia mea, Quirites, hæc sunt, nec possum vobis ostendere, aut in forum adducere, lucubrationes meas, vigiliasq; & sudores. Omnium sententijs absolutus itaq; est. Profecto, operâ, non impensâ, cultura constat. Et ideò maiores fertilissimum, in agro, oculum Domini dixerunt.*

## §. VI.

*Fœcunditas terra, laboribus prouocanda.*

Quæ quia ita sunt, se ipsum de pigritia accusat, quisquis accusat terræ sterilitatem. Non Creantis, sed villicantis culpa est, si ager nihil parit. Non est dignus metere, quisquis non dignatur feminare. Quid Paradisum exigis, homo, vnde exulas? quid terram, clamas, esse maledictam, qui benedictionem ipse repudias? qui ipse, si vis laborare, potes fœcundam facere? Nonne vides segetem? non intelligis abiecti in arua seminis vberem vsuram? *Seritur solummodo granum, sine folliculi veste, ait Tertullianus, sine fundamento spica, sine munitamento arista, sine superbia culmi; exurgit autem copia faneratum, compagine edificatum, ordine structum, cultu minutum, & usquequaq; vestitum.* Neque hæc experientia est hodie-

Tertullian. lib. de resurr. carnis. c. 12.

S. Ambr.  
l. 3. Hexa-  
m. c. 8.

hodierna duntaxat. A condito orbe terra  
gignit, & non fatigatur; dat, & nō exhau-  
ratur; expectat aratrum; ut pateat fru-  
ctum. Denique, teste S. Ambrosio, *fanera-  
tum restituit, quod acceperit, & usurarum cu-  
mulo multiplicatum. Homines saepe decipiunt,  
& ipsa faneratore suum sorte defraudant.  
Terra fidelis manet. Et, si quando non soluerit;  
si forte aduersata fuerit, frigoris inclementia,  
aut nimia siccitas, aut immensa vis imbrum,  
alio anno, superioris anni damna compensat.  
Ita & quando prouentus spem destituit agrico-  
la, nihil terra delinquit; & quando arriдет u-  
bertas fecunda matris, se partus effundit, et  
nunquam ullum dispendium suo inferat credi-  
tori. Nemo itaq; dicat, non esse se in Pa-  
laestina; non habitare multos in terra Ges-  
sen; nusquam extare amplius Paradisum.  
Palæstina fieret etiam trans Iordanem, si  
non deessent, qui vellent Iordanem indit-  
cere irrigando; aut gnauâ operâ cultuque  
terram Gessen facere. Deniq; multis unius  
jugeris fundus fit Paradisus, qui modico  
contenti, serunt laborem, & metunt bene-  
dictionem.*

S. VII.

*Desidiosus meritò deberi terram desidiosam.*  
Qui